

## CAPUT II.

*Quæstiones.*

## QUÆRES I:

*Quænam sint Concilia Generalia approbata.*

**R**espondeo. Sunt decem, & octo. Primum est Nicænum, quod celebratum est ab anno 327, usque ad annum 330, qui fuit annus 15. Sylvestri Papa, & 20. Constantini Imperator. In hoc Concilio convenierunt Episcopi 318. Et duæ potissimum controversiae definitæ sunt. Una de die Paschatis, ut die Dominico post quartamdecimam Lunam Martii celebretur. Altera de Divinitate Christi, & cum Patre æquitate adversus Arianorum hæresim.

Secunda Synodus est Constantinopolitana, celebrata anno 381, adversus Macedonium, negantem Spiritus-Sancti Divinitatem: Theodosius seniore Imper. ac Damaso Summo Pontifice. Ad quam convenuerunt Episcopi 150.

Tertia Synodus est Ephesina I, quæ coacta est anno 431. Teodosio Junio Imperat. & Cælestino I. Summo Pontifice: ad quam convenierunt Episcopi 200. In hac Synodo Cyrilus Alexandrinus locum Pontificis obtinuit. Caufa Concilii fuit Nestorii Episcopi Constantinopolitanorum hæresis, quæ Christum in duas personas dividet.

Quarta Synodus est Chalcedonensis, quæ anno 501, collecta est aduersus hæresim Euthychitis Archimandrite, qui unam tantum naturam in Christo asserebat post Incarnationem. Acta vero est hæc Synodus Leone I. Summo Pontifice, & Marciano Augusto. Adserunt in ea 630. Episcopi.

Quinta Synodus Generalis fuit Constantinopolitana II, habita anno 533. imperante Justiniano Imperatore: ad quam convenerunt 165. Episcopi præfuit Vigilius Papa nomine Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus. In ea prædamnationem Originis, ejusque scriptorum, tria capitula in Concilio Chalcedonensi non reprobata, damnata fuere.

Sexta Synodus Generalis fuit Constantinopolitana III, celebrata anno 680, cui 289. Episcopi interfuerunt, 4. Agathonis Papæ Legati, ipseque, ut defensio, Constantinus Paganus Imperator. Hæresis Monothelitarum, seu unam tantum in Christo voluntatem asserentum in ea damnata fuit.

Septima Synodus fuit Nicæna II, anno 787, sub Adriano Papa, & Constantino Imperat. Celebrata ab Episcopis 350. præsidentibus Legatis Romani Pontificis. Coacta fuit Synodus adversus Iconochos, qui Sacras Christi, & Sanctorum Imagines omni honore spoliabant.

Octava Synodus est Constantinopolitana IV.

quæ celebrata est anno 889. Adriano II. Summo Pontifice, & Basilio Augusto. Convenerunt Episcopi 383, adversus Photium intrusum, qui depositus, & Ignatius anteā injūtus depositus restitutus: Imaginibus honor redditus.

Nonum Concilium est Lateranense I. Episcoporum 300, & amplius, anno 1123. Contra Saracenos pro recuperanda Terra Sancta tempore Calixti II. & Henrici V. Imper.

Décimum est Lateranense II. Episcoporum mille anno 1135. contra Antipapas, & pro Jure Cleri tempore Innocentii II. & Lotharii Imper.

Undecimum est Lateranense III. Episcoporum ferè 300 pro reformatione Ecclesiæ, & contra Waldenses anno 1179. temporis Alexandri III. & Friderici Imperat.

Duodecimum est Lateranense IV. Patrum 1283, anno 1215, contra varias hæreses, & pro Terra Sancta recuperanda tempore Innocentii III. & Friderici Imperat.

Tertium decimum est Lugdunense I. anno 1245, contra Imperatorem Fridericum, & pro Terra Sancta recuperanda tempore Innocentii IV.

Quartumdecimum est Lugdunense II. Patrum ferè mille contra errorem Græcorum tempore Gregorii Decimi, & Rodulphi Imperatoris anno 1274.

Quintumdecimum est Vienensis anno 1311. Episcoporum 300, contra varias hæreses tempore Clementis V. & Henrici VII. Imperat.

Sextumdecimum est Florentinum anno 1438. Patrum 141, contra errores Græcorum, tempore Eugenii IV. & Alberti Imperat.

Dicimumquinto est Lateranense V. anno 1517. Patrum 114, contra schismata, & pro variis negotiis tempore Julii II. & Leonis X. & Maximiliani Imperat.

Dicimumquattuor est Tridentinum, anno 1545. inchoatum, 1563. absolutum. Coacta fuit hac Synodus contra hæreses Luteranorum, & pro Ecclesiæ reformatione, tempore Pauli III. Julii III. ad Pii IV. & Caroli V. ac Ferdinandi Imperat.

## QUÆRES II:

*Quænam sint Generalia Concilia Reprobata.*

**R**espondeo sunt septem. Primum est Antiochenum, anno 345. anno 5. Constantii Imperat. in quo damnatus est Athanasius, & via pacifica ad eversionem Concilii Nicæni.

Secundum est Mediolanense, Episcoporum plusquam 300. anno 354. tempore ejusdem Constantini, in quo etiam fides Catholica damnata est.

Tertium est Ariminense Episcoporum 600. sub eodem Constantino, anno 363. in quo sublatum est de symbolo nomen confubstantiale.

Quartum est Ephesinum II. tempore Theodosii Junioris, anno 459. in quo factione Diocleti

## Notitia Præliminare.

oculus est S. Flavianus Episcopus Constantinopolitanus, & Legati Romani Pontificis Leonis fugati; ac denum hæresis Eutychiana confirmata.

Quinum est Concilium Constantinopolitanum sub Leone lauro contra Sacras Imagines, anno 728, qui fuit 13. Imperatorum ejusdem. Interfuit huic Sanctus Germanus Patriarcha, qui, qui non consensit sibi Sede Constantinopolitanæ dejectus est.

Sextum est Concilium Constantinopolitanum sub Constantino Copronimo, anno 754. Convenerunt Episcopi 338. Sed nullus adiut Patriarcharum excepto PseudoEpiscopo Constantinopolitano. Definitum est in hoc Concilio abolendas esse Christi, & Sanctorum Imagines. Reprobatum est hoc Concilium in VII. Synodo, ad 6.

Septimum est Concilium Pisani, anno 1511, congregatum ab Imperatore, & Rege Gallia, & aliquot Cardinalibus contra Julium III. Papam. Reprobatum est paulo post in Concilio Lateranensi sub Julio III. sciss. 2. & 3.

## QUÆRES III:

*Quænam sint Concilia partim Approbata, & partim Reprobata.*

**R**espondes sunt sex. Primum Sardicense Episcoporum 376. anno Domini 347. tempore Constantii Imper. & Julii I. Papæ ex quibus 300. Episcopi Occidentales fidem Catholicam confirmarunt, quam exponit Hilarius in lib. de Synodis: reliqui 76. Episcopi Orientales fidem Ariana scripserunt.

Secundum est Concilium Syrmiente, quod celebratum est annis quinque post Sardicense, hoc est anno Domini 356. Libero Summo Pontifice, & Constantino Imper. In hoc enim Concilio duas Formulae fidei dissentientes inter se edita sunt.

Tertium est Concilium Quinisexturnum anno 692, celebratum, in quo continentur Canones Trullani, qui partim sunt reprobati, quia sine ulla auctoritate Summi Pontificis id fecerunt, & aperte Sergius Papa, qui tunc vivebat, reprobavit hanc hereticam Synodus, partim sunt Approbati, quia et si Canones illi ex se nullam vim habeant, aliqui tamen potest probati sumi à Pontifice, aut aliis legiti misse Conciliis, qualis est can. 81. De pingitatis Conciliis, receptus ab Adriano Papa & VIII. Synodo.

Quartum est Concilium Francofordiense, quod celebratum est anno 792. Adriano I. Pontifice, & Carolo Magno Francorum Rege. Hoc Concilium ab Adriano confirmatum fuit, quantum ad eam partem, in qua definitur, Christum non esse Filium Dei adoptivum, & ab eodem reprobatur, quantum ad alteram partem, in qua ex errore damnatur VII. Synodus.

Quintum est Concilium Constantiense Patrum

fere mille, quod quidem quantum ad primas sessiones, ubi definit Concilium esse supra Papam, reprobatur in Concilio Florentino, & Lateranensi ultimo: quantum vero ad ultimas sessiones, & ea omnia, quæ probavit V. ab omnibus Catholicis recipitur.

Sextum est Concilium Basileense, cuius nihil est ratum, & probatum, nisi quadam dispositio-nes circa beneficia, quæ à Concilio factæ fuerant, quas pacis, & unitatis gratia Nicolaus Papa approbavit. Concilium vero ipsum reprobatur in Concilio Lateranensi ultimo sciss. 2.

## QUÆRES IV:

*Quænam sint Concilia dubia.*

**R**espondeo: est potissimum Concilium Pisani, anno 1409. celebratum, quod non est manente nec probatum, nec reprobatum: nam ex una parte depositis Gregorio XII. & Benedicto XIII. elegit Alexandrum V. qui inter veros Pontifices numeratur: ex altera vero Sanctus Antoninus 3. part. rit. 22. cap. 5. §. 2. & 3. assertit, ipsum esse concilium ad schisma tollendum; & tamen illud non suffulit, sed auxit, si vero absolu-tem fuisse reprobatum, utique Alexander VI. non sextum, sed quintum appellasset.

## QUÆRES V:

*Quid principiæ sit notandum circa Concilia universalia dicta Tridentinum celebrata.*

**R**espondeo: In Concilio Nicæno damnata fuit Hæresis Arii negantis Divinitatem Verbo, id est secunda parsone Sanctissime Triadis, editum que consequenter symbolum Fidei, quod recitatut a Sacerdotibus in Missa, & in eo polita illa verba confessantiale Patri, cum Ariani blasphemando asserant, Filium Dei non ejusdem esse cum Patre substantia, sed tantummodo similis, statutum est quoque inter alia, quod non debat in Ecclesiæ Catholicae celebrari Pascha eo tempore, quo ab Hebreis primi mensis.

In Constantinopolitano damnata fuit Hæresis Macedonii, qui Spiritui Paraclio Divinitatem negabat: usque ad Symbolum Nicænum addita sunt ea, quæ ad Spiritus Sancti Divinitatem spectant: in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem ex Patre Procedentem, cum Patre, & Filio simul adorandum, & Conglorificandum, qui locutus est per Prophetas, quæ Patres Nicæna Synodi minime expulerunt, quod tunc exorta non fuerat hæresis, quæ Spiritus Sancti Divinitatem negabat. Sunt editi Canones septem.

Concilium istud quidem laudem meruit in de-Diddi cer-

cernenda fidei veritate, simulque vituperium, quia prævalente in illo Timothei Alexandrini factio, immensum virum meriti Gregorium Episcopum regis Urbis dejecti: & quia defuncto in ea Synodo Melletio Antiocheno, cum suillet anteā Synodi Alexandrinae, cui magnus presederat Athanasius, decreto sapientissime constitutum, ut qui ex duobus dignissimis Antiochenis Ecclesia Pontificibus Melletio, & Paulino prior moreretur, non alium habere succelorem, quam alterum ē duobus relictum superitem: idque Damasus Romanus Hierarchus, ut sic fineretur schismatis, perureret, Gregoriusque Nazianzenus, quem mox ista Synodus depositus, & Patres ad hoc impensu hortarēt: amatione tandem Damasi, & Latinoorum concitata Graeca Synodus maluit continuari schismatis, quam Paulinum Melletio subrogari.

Et in Ephesino damnata fuit heres Nestorii Episcopi Constantinopolitani, ponentis in Christo duas personas humānam, & Divinam. Unde dicebat Beatissimum Virginem dicit non debere Dei genitricem, sed Christi hominis. Item Christum hominem gratia & adoptione, non natura esse filium Dei. Hanc heresim Nestorius ex Theodoro Mopsuestensi Episcopo accepit: qui postea condemnatus est in Concilio V. Generali.

Non est omittendus modus quo incarnationis Dominica ineffabile mysterium explicit hac Synodus his verbis: Non dicimus, quod Dei natura conserva, vel immutata facta sit caro, nec quod in toto hominem, qui ex anima est & corpore, transformata sit, sed magis quod carnem animatam anima rationali sibi copulaverit; verbumque substantiāliter, ineffabiliter, & incomprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam Filius hominis, non nuda tantummodo voluntate, sed nec assumptione sola persona, sed quod diversa quidem natura in unum convenerint, unus tamen ex anabus Christus, & Filius, non evacuata, vel sublata diversitas naturarum per conjunctionem, sed quia simul nobis efficerunt unum Deum, & Christum, & Filium, id est Divinitatem, & Humanitatem per arcana illam ineffabilemque copulationis adunationem.

Est item specialiter notandum, quod scribunt Ephesini Patres in synodica ad Clerum, populumque Antiochenum Epistola, Deiparam Virginem Mariam comitate Apostolo, & Evangelista Joanne Ephesum ex Iudea profectam, reliquum ibi vita transfigisse. In Civitatem (inquit) Ephesorum perirent, in qua Joannes Theologus, & Deipara Virgo Sancta Maria.

Circa quartum Concilium OEcumenicum, id est, Chalcedoneum notatum dignum est praeterteris, quod in hac Synodo damnata fuit heres Eutychetis Abbatis, qui prætextu declinandi heresim Nestorii docuit naturam humanam per Incarnationem Verbi taliter fuisse abortantem intra verbum, tanquam in im-

mēnsam Abyssum, ut non retinuerit veritatem naturae humanae, sed tantum apparentiam, & figuram. Edidit etiam multos Canones, in quibus plura salutaris præscripsit, præsertim contra simoniacos ordinantes, & ordinatos, & contra Ecclesiasticos negotiationem.

Quintum Concilium universale, id est Constantinopolitanum secundum habet haec specialiter notanda. Vigilius Papa ambitione Pontificatus ingrefus potest zelansimē pro fide Catholica stetit: Concilium coegerit, cui Julianus ipse Imperator interfuerit. Papa in Concilio per se ipsum non sive, Damnavit Concilium multos errores præsertim istos; quod in Christo sicuti dui naturæ, ita & essent duas personæ; quod Unio Verbi cum natura humana facta sit non secundum Personam, sed secundum gratiam: quod BB. Virgo non sit Genitrix Dei, sed Christi hominis. Condemnavit etiam errores Origenis, & Evagrii, & aliorum. Quod autem S. Gregorius Magnus loquens de Synodo ista lib. 3. Epist. scriperit, quod haec Synodus de Personis, & non de Fide aliquid gesserit, intelligendum est quod Synodus damnavit personas ob hæreticos errores manifestos, etiam damnatos, & quod noluit illos errores veluti in questionem adduci, sed tanquam manifeste tales ex iam damnatis in quatuor cœmenicis Conciliis precedentibus rejecisse.

Sexta Synodus, id est Constantinopolitanum tertium incepta fuit sub Pontificatu Agathonis Papæ tertii, & consecrata sub Leone secundo, qui acta Concilii approbavit. Porro duodecim post annos rursum convocatum, & in eo Caunes Trullani celebres confecti sunt, ac publicati. Nam Synodus nullos Canones ediderit, disputatur acriter hinc inde, quia tunc Concilio non adfuerit Legiti Apostolici, nec fuit Concilium Constantinopoli in Palatio, qui Trullus vocabatur à Romano Pontifice convocatum. Qquare non videtur Concilium fuisse legitimum, ut Canus, lib. 5. de Leis, esp. ult. expresse negat, Canones Trullanos esse de Fide, & cum eo nonnulli. Videatur hac de re Bellarminus in Controversiis, ubi de hac Synodo agit.

Septimum Concilium OEcumenicum, id est Nicenū Secundum, definitivus Crucis non deberi cultum Latriæ, sed minorem. Sed cum Sanctus Thomas 3. part. quest. 25. assertat Crucis, & Imagini Christi cultum Latriæ deberi, ad conciliandam Angelici Praeceptoris Doctrinam cum definitione septima Synodi Generalis, dicendum est, mentem Sancti Doctoris esse deberi Crucis, & Imagini Christi cultum Latriæ minus propriè dicta, nempe Latriæ, quæ significat cultum Divinum, qui debetur alicui non proper se, sed proper aliud, quod ab ipso repræsentatur, quo cultu latræ proper aliud dicto, colitur & natura humana Christi Domini, & species Eucharistiae consecrata, sed nobiliori latræ, quam Crux, & Imago.

Octavum Concilium generale fuit Constantino-

politanum quartum. In hac Synodo definitum fuit sacras, & Apostolicas traditiones servandas esse, sicuti Verbū Dei scriptum. Definitum item fuit deberi cultum Sacris Imaginibus, Iconoclastarum hæresi condemnata. Item contra quosdam Philosophos novitatis amicos definitivum Concilium, unicam animam cuiilibet homini inesse, sicuti & unica fuit in Christo Dominus.

Nonum Concilium Generale, scilicet Lateranense primum illud est, in quo actum fuit de pace componenda cum Henrico III. alias IV. qui deinde excommunicatus fuit à Gregorio VII. & privatus Regnum tum ipse tum ejus Filius Henricus IV. quia Schismatici. Verba, quibus Gregorius Henricum IV. privavit, sunt haec relata digna: quas ob causas ego, potestate Apostolica mibi à Deo delata, Henricum Henrici Imperatoris Filium Regno Germania titulus etiam spolio, & Christianorum obedientia privo, & omnes religione jurisperudi, quo se illi obstrinxerunt, absolu: contra verū, ut Rodulphus a Primatis Germania in Henrici locum declaratus, regnum administraret, & tueatur nomine vestro, omnibus, qui fidem ei prefierunt, omnium peccatorum remissionem, & veniam in hac, & in futura vita concedo, & ut Henricum ob suam superbiam regia dignitate depello, sic Rodulphum propter suam humilitatem, & obedientiam in potestate repono. Inde dimisso Concilio, Regiam, & Imperatoriam Coronam ad Rodulphum transmisit.

In Decimo Generali Concilio, scilicet Lateranensi secundo salutaribus decretis lapſa Ecclesie Gallicanae disciplina ercta est, & Henricus IV. eisdem de causis per Urbanum Secundum cum Clemente Antipapa ab hoc Imperatore ad Pontificis Dignitatem elevato, anathemate obſtrictus est. Sanctus Antonius scribit in hoc Concilio constitutum esse, ut septem horaria preces BB. Virginis quotidiū recitarentur, ut dies Sabbati ad honorem ejusdem dedicaretur. Quod singulariter dignum censeo, ut referatur, est expedition facta contra Saracenos, & recuperatio Terra Sancte ope hujus Sacrae Synodi, & Urbani secundi, qui in Concilio tam servidè peroravit, ut singuli, qui aderant, divino Spiritu concitati ad bellum pro Iepulcro Christi recuperando confitent exarserint, & altissimis vocibus bellum uno animo concilarunt.

Quo strupitu fedato, Pontifex ita locutus est (Gratias, inquit, ago Deo maximas, quod vos tanta animorum contentione, & alacritate arma pro Christo Redemptore vestro suscepimus sive offenditis. Neque etenim tam repentina in tam diversis gentibus inspiratio sine graviſſimo ipsius impulsu esse potest. Non autem, ut studia veltra, quod possumus, adjuvamus, misericordia Dei in Beatorum Petri, & Pauli clientelam, tanquam vera obedientia filius suscipimus, & ab omnibus vexationibus corporis fortunisque tutos esse constitutimus) His vocibus iterum incensi omnes Sacrae Militiae devoverunt. Centum milia virorum congregata sunt Cruce lignata, unde postea Crucifixa denominata est. Imperante præce-

teris valore, ac prudenter Gottfredi Bullonis quadrienni spatio ab anno Domini 1096. usque ad annum 1099. recuperata sunt multa in Syria Urbes, & oppida. Año 1098. 3. Non. Junii ferrum Lancea, quo Latus Christi in palione apertum fuit, repertum per revelationem B. Andreae Apostoli, eoque ante militum Exercitum delato, Urbs Hierosolyma capta fuit, eique Boemundus Guiscardii filius, primus Princeps constitutus est. Hierosolyma anno sequenti 1099. Idibus Junii feria sexta in Christianorum decisionem, & potestatem venerunt. Constitutum est Hierosolymitanum Regnum, & torus illius regni designatus est primus Rex communis omnium confederati: qui stupentibus omnibus, primus in muros ascenderat. Qui tamen titulo regio uti auctoritatem voluit.

Undecimum Concilium generale, id est Lateranense tertium sub Alexandro tertio, qui prefuit illi, quinquaginta Canones edidit circa Ecclesiasticam disciplinam. Speciali nota digna est lex, quam in hac Synodo edidit Pontifex, ut in electione Romanorum Pontificum ad evitanda schismata deberent stare pro electo binis suffragiorum tercia partes. Nam via functo Adriano tertio, electus est ipse Alexander Tertius a sepedecim, verū à duobus electus fuit Octavianus Romanus, qui favente Imperatore duodecimi annos Ecclesiastis vexavit. Tandem urgentibus calamitatis sc̄ ab Alexandri pedes abiecit, & quo fuit anathematis nexus solutus. Hac igitur causa Alexander generale Concilium copit, & supradictam legem fancivit.

Duodecimum Generale Concilium fuit Lateranense IV. sub Innocentio Pontifice hujus nominis tertio. Coactum fuit ad inveniendum efficax remedium contra Mahometanos, qui in dies imperii magnoitudine proficiebant, & præsertim ad uniuersos Principes Christianos contra eosdem, ac Terram Sanctam ab eorum tyramide recuperandam. In hac Synodo speciali nota digna est, quod actum fuit, ac definitum contra errorem Abbatis Joachin. Hic docebat, quod unitas divinae Trinitatis non erat unitas vera, & propria, & essentialis, sed tantum collectiva, & similitudinaria, ita ut eo modo, quo mille civiles exempli gratia vocantur unus Populus, sic tres Personæ divinae vocantur unus Deus. Hunc esse errorē in fide Concilium hoc Lateranense secundum declaravit.

Decimuntertium Generale Concilium, id est Lugdunense primum celebratum anno 1245. sub Innocentio IV. habet hoc notatum dignum, quod actum est contra Fridericum secundum Imperatorem: etenim vocante illum Concilio, & ipso renuente venire iudicatus fuit Imperator, tanquam Ecclesie Christi rebellis. Ecclesiastice censuris peritus, ac Imperio privatus. Actum quoque fuit in illo de recuperanda Terra Sancta, Sancto Ludovico Francorum Rege constituto duce quinta expeditionis, à qua post multas calamitatis, ac belli vices, quinto post anno in Galliam reversus est.

Decimumquartum id est Lugdunense secundum celebratum anno 1274. Regnante Summo Pontifice Gregorio Decimo, hoc habet peculiare, quod in eo definitum fuit, Spiritum Paraclitum à Patre quidem, & Filio procedere, sed unica tantum spiratio-ne, ac unico principio.

Decimumquintum, id est Viennense, peculiare hoc habet, quod edita sunt in eo Clementine Constitutiones. Item quod ibi damnata fuit hæc propo-sitio: *Anima Rationalis non est verè, ac perfectè humani corporis forma.* Damnatur, ut Hæretica. Pariter damnati fuerunt Begaudorum, & Beguinarum Alemanniæ Mulierum errores, qui sunt hujusmodi.

Primus. Quid homo in vita presenti tantum, tam perfectionis gradum potest acquirere, quod redat-atur penitus impeccabilis, & amplius in gratia pro-ficerere non valebit. Nam (ut dicunt,) si quis semper posset proficer, posset aliquis Christo perfec-tio inveniri. Secundus. Jejunare non oportet hominem, nec orare posteaquam gradum perfectionis hu-justi modi fuerit assecutus, quia tunc sensuſtas est ita perfectè spiritui, & rationi ſubiecta, quod homo po-tet liberè corpori concedere quicquid placet. Ter-tius. Quid illi, qui sunt in predicto gradu perfectio-nis, & spiritus libertatis, non sunt humani ſubiecti obedientia, nec ad aliqua precepta Ecclesiæ obli-gantur: quia (ut afferunt) ubi Spiritus Domini, ibi libertas. Quartus. Quid homo potest ita finalem beatitudinem secundum omnem gradum perfectionis in presenti aſequi, sicut cum in vita obtinebit beata. Quintus. Quid quelibet intellectualis Creatura in ſe ipſa naturaliter est beata: quodque Anima non indi-geat lumine gloria ipsam elevante ad Deum viden-dum, & eo beatè fruendum. Sextus. Quid se in ac-tibus exercere virtutum est hominis imperfecti; & perfecta anima licentia à se virtutes. Septimus. Quid Mulieris osculum (cum ad hoc natura non inclinet) est mortale peccatum; actus autem carnalis (cum ad hoc natura inclinet) peccatum non est, maximè cum tentatur exercens. Octavus error, quod in ele-vatione corporis Christi Iesu non debent affigere, nec eidem reverentiam exhibere; afferentes quod ef-ſet imperfectionis eidem fi à puritate, & altitudine ſue contemplationis tantum deſcenderent, quod circa mysterium, ſeu Sacramentum Euchariftæ, aut circa paſſionem humanitatis Christi, aliqua cogita-rent.

Decimumſextum Pifanum fuit, quod ut acephalum habetur à pluribus, eo quod à nullo Pontifice convocatum tempore ſchismatis. Etenim ſecundum eft, quod Regnante Urbano VI. nimis severè contra Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, indignati ple-riquæ alium Pontificem elegerunt ſub praetextu quod electio Urbani libertate caruerit, ac proinde non eft legitime Electus, vocarunt Clementem septimum cui deinde mortuo Petru de Luna ſuccerunt, qui plures nimium annos Ecclesiæ pervicaci ambitione porrò etiam dilaceravit. Porro etiam Urbano Sexto

è vivis ſublato in ejus locum elegerunt Cardinales Ro-mæ degentes Bonifacium Nonum, & poſt hunc Inno-centium VII. ac deinde Gregorium Duodecimum. Regnante itaque Gregorio XII. Pontifice Romæ, ac in Galliis, Benedicto Decimotertio Antipapa, celebra-tum eft Concilium Pifanum, ibique ambo Pontifices depoſiti, ac electus Petrus Philaretus, quem Alexandrum V. nuncuparunt. Sed fruſtra: nam ſchisma eo magis invaluit, & inconsutiliſſimi Domini veltis, id eft Ecclesia in tres partes diſcipliſta eft. Quare DecimomSeptimum Concilium OEcumenicum in urbe Conſtantinensi ad tollendum ſchisma coactum denique eft autoritate Joannis Vigilimi tertii, qui Alexan-dro V. ſucesserat. In hac Synodo depoſiti fuerunt tria Pontifices ſchismatica proſequentes, nempe Ben-dictus XIII. Greg. XII. & Jonnes XXIII. & electus unanimi ſenſu Martinus Quintus, qui approbabit deinde acta Concilii, & eo dimiſo, ſchisma finem de-nique accepit. Condemnavit S. Synodus Articulos quoſdam hæreticaleſ ſoann. Wicleſſi, & item Articulos hæreticaleſ ſoann. Hus. Articulos ſoann. Wicleſſi & item ſoann. Hus habent initio tom. I. Patris Clau-dii La Croix Soc. Iefu. Alium Articulum de Tyrannis conden-mavit Concilium tenore ſequenti:

*Quilibet Tyrannus potest, & debet liceat, & merito-ri occidi per quacumque viſallum ſuum, vel ſubditum, etiam per clauclares infidias, & ſubiles blanditias, vel adulaciones, non obſtantे quacumque praſito juramento, ſeu confederacione fatus cum eo, non expellata ſententia, vel mandato judicis cuiuscumque. Adversus hunc erro-reſ fatagens hæc Sancta Synodus exurgere, & i-pſum funditus tollere, declarat & definit, hujusmodi Doctrinam erroneam eſſe in fide & in morib⁹, i-pſamque tanquam hereticam, ſcandalofab⁹, & ad fraudeſ, deceptions, mendacia, proditiones, & petriu-ria vias dantem reprobat, & condemnat. Declarat inſuper, & decretat quod pertinaces Doctrinam ha-penitioſiſimam afferentes ſunt hæretici, & tanquam tales juxta canonicas ſanctiones puniendi.*

DecimomOctavum Concilium OEcumenicum nempe Basileense coactum à Martino V. degeneravit in Conciliabulum ſub Eugenio Quarto in Martini V. deſtinati locum ſuffetto. In hac Synodo damnata ſuerunt nonnulla propositioſes circa Christum. Item definita fuī BB. Virgo ſuſile immaculata omnino concepta, & nunquam, operante Divini numinis gratia ſingulari, actualiter ſubjacuisse originali pecca-to. Sed quia Nicolaus Papa hujus nomini quinque qui Eugenio IV. ſuſceſſit, nec alijs deinde Pontifices acta Concilii Basileensis, neque quoad Articulos Doctrinales approbabit, propterē definitiones illi non obligant in conscientia, nec ſunt de fide.

Ferraria coactum eft ab Eugenio Quarto, durante adhuc Concilio Basileensi, aliud Concilium OEcumenicum, nempe decimumnonum, quod deinde graffante pefte, Florentiam tranſlatum eft. Interſeu-runt in eo Josephus Patriarcha Constantinopolitanus, qui Florentia obiit, Joannes Palæologus Imperator

Origen.

Orientis, & multi Latinorum, & Græcorum Epis-co-pi. In eo Concilio Graci ultimo cum Roman. con-vererunt ſuper fidei quinque articulis: videlicet de proceſſione Spiritus Sancti, de quo convererunt, ut ſicut Latini dicunt (Ex Patre, & Filio procedere) Graci more ſuo dicent (ex Patre per Filium proce-dentem) eo quod unius idequem eſſet ſenſus: & ſuper articulo de Purgatorio convererunt: quia Graci Purgatorio eſſe poſt hanc vitam affirmant, ſed non in certo loco; & in corporali igne, ut Latini. Et eo articulo, nimurum primatum Romani Ponti-fices ſuper omnem Ecclesiā conſeruerunt; Roman. Pontificem eſſe ſumnum totius Catholica Ecclesiæ Paſtorem, & caput.

Item convererunt de quarto articulo, quod Latini merito addidissent Symbolo: (Filiisque proceden-tem.) Et de quinto articulo, quod Latini iuſti de cauſis in azymo conſeruerant, quanvis Graci ſuo modo in fermento. In eo item Concilio Armeni ſeſe ad Ecclesiā Romanam rediuerunt: rece-pe-runt ab Eugenio IV. Decretum fidei, in que bre-viter coniunctur Doctrina, quam habet Ecclesiā Rom. de ſeptem Sacramentis, Beſſarion Trapezun-tinus Nicenus Archiepiscopus, & Iſidorus Thessalo-nicensis Archiepiscopus Ruthenorum, doctiſſimi in Latinis, & Gracis litteris, quod in eo Concilio multum laboraſt pro concordia Ecclesiārum, in Cardinalium Ordinem cooptatoſt. Duravit hoc Concilium partim Ferrarie, partim Florentiae anno uno, & tribus mensibus. Speciali nota digna hic eft definiatio hujus Oecumenici Concilii circa au-thoritatem, & infaſilitatem Romani Pontificis, definicio autem ſic habet. Definiuit, Sanctam Apoſtolicam Sedem, & Romanum Pontificem in universum orbem tenere primatum, & i-pſum Pontificem Roma-num ſuſſorem eſſe Beati Petri Principis Apoſtolorum, & verum Christi Vicarium, totiusque Eccleſia caput & omnium Christianorum Patrem, & Doctorem exiſtere, & i-pſi in Beato Petro paſcendi, regendi, & gubernandi universalem Ecclesiām à Do-mino noſtro Iesu Christo plenam poſtateſt tradita-m eft, quenadmodum etiam in gemitis Oecume-nicorum Conciliorum, & in Sacris Canonibus con-tinuerunt.

Datum Florentia in ſeſione publica Synodali anno 1439.

XX. Generale Concilium fuit Lateranense, quod in-dictum eft à Julio II. anno Dom. 1511. contra Con-cilium Pifanum. Nam Ludovicus XI. Francorum Rex Julio II. graviter ſuccenſens, eum Pontificia digni-tate ſpoliare tentans, conciliavit ſibi amicitiam Ma-ximil. Cæſaris, & utriuſque opera coactum eft Pifis Concilium. Julio enim Roma egrediente, aliquot Cardinales à debita Pontifici fide, pecunia & poli-citationibus Ludovici Regis allecti, Pifis, quo convererant, Generale Concilium Imperatoris Ma-ximiliani, & Ludovici Regis, & Cardinalium no-mine in diſerunt; mihiſque per orbem terrarum lit-

teris Julium Pontificem ad diſendam in Concilio cauſam vocarunt, priorsū contra canones, & ju-ra. Hujus Conciliabuli auctores fuere Bernardinus Carbal. Hispanus Epifcop. Cardinalis Sabinius, Gu-lielmus Briffoneta Gallus, Epifeopus Cardinalis Pra-nestinus, Francifcus Borgia Hispanus Archiepifco-pus Coſtentinus, Reginaldus Bria, Galloſ Epifeopus, Bojacensis Presbyteri Cardinales, Fredericus Sanfeverinus S. Theodori Diaconus Cardinalis. Pon-tificis nihil cunctatus, eos omni dignitate, & titu-lis Ecclesiasticis privatos, & Gallia Regem Ludovi-cum, omnes item tari facinoris, & Sacrilegi fau-tores, Hæreticos, & Scismaticos, interdicto per totam Galliam rerum Sacrarum uſu pronunciavit, & Generale Concilium Lateranense indixit: quod i-pſius morte eft interruptum, & poſte continuatum, & abſolutum à Leone X. anno 1517. 17. Kā-lend. Aprilis. In eo actum eft de componendis mori-bus, tum Clericorum, tum Laicorum.

XXI. Generale Concilium fuit Tridentinum in-choatum ſub Paulo III. anno ſalutis 1545. tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis Praefidibus. Coactum eft contra Lutheranos, & alios hæreticos: nihilominus tamen multa in eo conſtituta ſunt ad abſiſus, & corruptos mores Clericorum, & Laicorum abo-lendos: ingruentibus bellis translatum eft Bononia-ni anno 1547. poſte ſub Julio III. ex Bononia reductum eft Tridentum: ſed poſt octo menses, quam continuari coperat, Bello Germanico diſſolu-tum eft; ann. Dom. 1551. tandem ſub Pio IV. Anno ſalutis 1572. continuatum eft, praefidentibus quatuor Legatis Sedis Apoſtolicæ, & praefi-ribus duobus Cardinalibus, tribus Patriarchis, uno, & viginti Archiepiscopis, centum, & viginti Epifeopis, ſeptem Abbatibus, & ſeptem Generalibus Religiosorum Ordinum perfectis, triginta novem procuratoribus abſentibus, cum legitimo mandato. In eo tradiſta eft doctrina, quam habet Eccleſia Catholica de peccatis originaliſſimis. Numerus Ca-nonicorum librorum definitus eft cum suis partibus, prout in Ecclesiā Romana legi conſueverunt, & Latina vulgata editione continentur. Approbata eft vulgata latina editio Sanctarum Scripturarum. De-clarata itidem eft Catholica de iuſtificatione impii, de ſeptem Sacramentis, de Sacrificio Miſſæ, de iugno purgatorio, & de Indulgentiis &c. Catholica in quaum Doctrina.

Sed quia Concilium Tridentinum ſemper à Theologis moralibus habetur pra manibus, hinc eft, quod illius compendium. alphabeticè coordinatum ſubjicio.

ORTAM ADOCA  
MAGIA  
liberis in monachis regimur de multis  
annulatis capi in matibus & mortuis  
CA-  
Dddz  
CA-

## CAPUT III.

*Notitiae peculiares de Sacra Sancta Tridentina synodo per Alphabetum exactissimum ordinatae.*

**Q**uoniam Concilium Tridentinum maximè in servit moralibus Theologis in quavis materia, opera pretium duxi, ejus notitiae exactissimas coordinare alphabeticæ serie, quæ talis est.

## A B B A S.

**A**bates, & quicunque exempti in quocumque loco nequeunt primam Tonsum, vel Ordines minores conferre, nisi suis subditis Regularibus. Item nec ipsi, vel Capitula, vel Collegia literas dimissorias concedant Regularibus, Clericis, ut ab illis ordinentur. Pertinent enim hæc ad Episcopum Dicēfanum, non obstantibus, &c. *sess. 23. cap. 10. de Reform.* &c.

## A B B A T I S S A.

**A**bbatissa, vel superior non præsit duobus monasteriis, sed unum intra sex menses relinquat; aliqui statim videntur, *sess. 25. cap. 7. de Regular. & Monial.*

## A B S O L U T I O.

**Q**uilibet Sacerdos, & solus Sacerdos habet potestatem absolvendi Sacramentaliter à peccatis. Ejus actus absolvendi non est mera declaratio, quod peccata sunt remissa, sed est actus judicialis, quo de facto absolvit à peccatis. Qui joco absolveret, nec serio ageret, verè non absolveret, *sess. 24. cap. 6.* Nullius effectus est absolutio collata à ministro non habente ordinariam, aut subdelegatam Jurisdictionem. In Articulo Mortis quilibet Sacerdos potest absolvere quoslibet paenitentes à quibusvis peccatis, & confusis, *sess. 24. cap. 7.* Absolutio peccatorum data à non habente potestem ordinariam, vel delegatam in absolvendis, est nulla, sicut enim casus reservati, *sess. 4. cap. 7. de Cas. Reservati.*

## A B U S U S.

**A**busus circa Indulgencias, Reliquias, sacras imagines, &c. tollendi sunt per Concilia Provincialis, & per ipsos Episcopos, *sess. 25. Decr. de Indulg. Accessus ad Moniales.* Vide Moniales.

## A C C L A M A T I O.

**A**clamationes Patrum in fine Concilii, *sess. 25. in fine.*

## A D A M

**S**tatum ac transgressus mandatum Dei in Paradiſo, sanctitatem, & Justitiam, in qua constitutus

sunt, amisit, & incurrit iram, & indignationem Dei, & Mortem, & captivitatem sub Dæmoni, *sess. 5. de Peccato Originali.* Totus in deteriori per peccatum Originalis secundum Animam, & Corpus commutatus est. *sess. 5. de Peccato Originali.*

## A D M I N I S T R A T I O.

**A**dministrator, sive secularis, sive Ecclesiasticus fabricæ Ecclesiæ, etiam Cathedralis, Hospitalitis, Confraternitatis Eleemosynæ, Montis Pietatis, vel locorum pitorum singulis annis reddat rationem Ordinario, nisi cautum esset, in institutione, & ordinatione talis Ecclesia, vel fabricæ. Verum si ex conuentudine, vel privilegio, vel constitutione loci ratio esset reddenda deputatis ad id, tunc cum his adhibeatur etiam Ordinarius, aliter liberatio facta de administratione est nulla, *sess. 22. cap. 9. de Reform.*

## A F F I N I T A S.

**A**ffinitas ex copula illicita eos solos restringit, qui in primo, & secundo gradu conjunguntur. *sess. 24. cap. 4. de Reform. Matr.*

## A P P E L L A T I O

**E**ST remedium ad innocentie præsidium infitatum, *sess. 13. cap. 1. de Reform.* Statuit Concilium Tridentinum, ut in causis visitationis, & correctionis, sive habilitatis, & inhabilitatis, ne in Criminalibus ab Episcopo, sed illius Vicario Generali ante definitioram sententiam ab interlocutoria, vel alio quicunque gravamine appelletur, *sess. 13. cap. 1. de Reform.* In causis hujusmodi, non obstante quacumque appellatione Episcopus procedat ad ulteriora, nisi gravamen per definitivam sententiam, vel ab ipsa definitiva sententia appellari possit, *ibid. nempe sess. 13. cap. 5. de Reform.* Acta primæ instantia dentur gratis Reo intra triginta dies; & novus Judex, nisi illis viis ad absolutionem Rei minimè procedat, *sess. 13. cap. 3. de Reform.* In appellationibus, & inhibitionibus servari debent Sacra constitutions, & præsentum constitutio Innocent. 4. Incipit: *Romanæ quacunque consuetudine (habetur app. in 6. cap. Romanæ; ) aliter nullæ sunt inhibitiones, & processus, sess. 22. cap. 7.*

## A P O S T A S I A.

**A**postata à Fide non est rebaptizandus, dum reddit ad Fidem, *sess. 7. can. 11. de Baptism.*

## A R C H I D I A C O N U S.

**C**lavis Concubinus, neque causa Matrimoniorum, & Criminum ad Archidiacos spectant, ut judicandæ, *sess. 25. cap. 14. de Reform.*

AT-

## Notitiae peculiares de Synodo Trid.

151

## A T T R I T I O.

**S**i voluntatem peccandi excludat cum spes Venia, quamvis concipiatur communiter ex metu Gehennæ, ac penarum, est motus bonus, & ad Justificationem disponit, in Sacramento Penitentia impetranda, *sess. 14. cap. 4.*

## A V A R I T I A.

**L**Uera, quæ sapiunt sordidam Avaritiam in electione, presentatione, nominatione, Infinitutione, collatione Dignitatis alij, aut Benefici Ecclesiastici interdicuntur sub pena Canonicas in Simoniacos lati, *sess. 24. cap. 14. de Reform.*

## A U C T O R I T A S.

**A**uctoritas Sedis Apostolice remanet immutans in Concilio Tridentino super decretis, *sess. 25. cap. 21. de Reform.*

## B E N E D I C T I O.

**A**nte Benedictionem fæcordalem, novi conjuges non cohabitent in eadem domo. Ea autem Benedictione in Templo danda est à Parochio proprio conjugum, vel ab alio Sacerdote de licencia illius, aut Ordinarii.

## B E N E F I C I A R I U S.

**B**eneficiarii hospitalitas pauperum commendatur, *sess. 25. cap. 8. de Reform.*

## B E N E F I C I U M E C C L E S I A S T I C U M.

